

## Amicitia.

normas fuisse sapientes. Quare sibi habeant sapientie nomen / quia inuidiosus & obscurus concedant ut hi uiri boni fuerint. Ne id quidem facient negabunt id nisi sapienti posse concedi. Agamus & pingui numerua / ut aiunt. Qui ita se gerunt ita uiuunt / ut eorum probetur fides / integritas / equalitas / liberalitas. Hec sit incisa / uel cupiditas / uel libido / uel audacia. Sitque in eis magna constantia / ut hi fuerint modo quos nominauimus / hos uiros bonos ut habiti sunt / sic etiam appellandos putemus. quae assequantur quantus homines possunt naturas optimam bene uiuendi duces. Sic enim in prospectu uideor. ita nos esse natos / ut inter omnes esset societas quedam. Maior enim autem ut quisque proxime accederet. Itaque ciues potiores quam peregrini propinquam quam alieni. Cum huius enim amicitiae natura ipsa peperit. Hec satis non habet firmitatis. Namque hoc praestat amicitia propinquitati / quod ex propinquitate beniuolentia tolli potest / ex amicitia non potest. Sublata enim beniuolentia

amicitiae nomen tollitur. propinquitatis  
 tolli  
 Ut narrat ualeus. Amicitiae uinculum nulla ex parte sanguinis uiribus est inferius / adeo est hoc certius / exploratus / quod aliud nascendi seorsum fortuito opus / hoc unicusque solido iudicio / incohata uoluntas contrahit. Itaque celerius sine repensioe propinquum aduersere / quam arcum / quae altera directra utique iniquitatis / altera leuitatis criminum subiecta.